



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXIII. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Otto Romanus, primò studiosus, dein miles, tandem monachus, dum in captivitate hostium delapsus interpositâ Divi Bernardi? apud Deiparâ ope libertatem obtinisset, spontaneâ se captivitate monasterio inclusit, & Mariæ cultui, cui debebat libertatem, vitam addixit. *Nad.* Nemo magis servus, quam suarum cupiditatum mancipium.

S. Otto per omnia probate, ora pro me, ut passionum & concupiscentiarum mearum jugum excutiam, ut ubi ex his carneæ molis vinculis evocata fuerit anima, in libertatem Filiorum Mariæ ejus patrocinio asseratur. Rumpere Domina sæva illa vincula, quæ reluctantem stringunt, dum non quod volo bonum, sed quod nolo malum, ago. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum cum hodierno P. Mendez S. J. unâ ante alios horâ ad Preces Deiparæ absolvendas surgente, alios in salutanda Beatissima Virgine hodie prævenire satagam, ac primus è meis commilitonibus hodie Matri Ave dicam.

Misericordia Virginis sæpe liberavit, quos justitia Filii damnare potuit. *Idiota.*

Quæstio: Utrum Angeli in Cælo audito MARIÆ in terris nomine exhilarentur? *v. Rich. à S. Laur. l. 1. de laud. Beatissima. Virg. lib. 2.*